**Hugues**

templier en 1125

A la suite du décès prématuré de son frère **Eudes IV**, Hugues devient comte de Troyes en 1093. Il acquiert le comté de Rosnay, consolide ses positions en Barrois de l'Aube (Clairvaux), fait acte de présence sur la Meuse à Bourmont, jalonne sa frontière dans la forêt de Luiz par la fondation du prieuré de Sermaize et des abbayes de Cheminon et de Trois-Fontaines, intervient dans la Montagne de Reims. Son divorce d'avec Constance, fille du roi Philippe 1er, le prive du fisc d'Attigny-sur-Aisne. Dans le but d'unifier ses possessions, il prend le titre de comte de Champagne. En 1125, il se fait templier, laissant ses biens à son neveu Thibaud II, fils d'Etienne-Henri et d'Adèle de Normandie.

HOa

1088

" Au cartulaire de Monstier Arreme, il y a charte : Actum in curia Trecensis comitis Odonis, astante ejus matre Alaide, presente Philippo episcopo, anno ab incarnatione Domini MLXXXVIII, regnante Philippo rege ".

B. P. Pithou, Les coutumes.... de Troyes, 1609, B. M., Troyes, cabinet local, no 361, p. 517.
a. Ch. Lalore, Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes, t.7, 1890, p. 20, no 15.

M.B., 24 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

ALAIDIS MATER ODONIS COMITIS HOA
MONSTIER ARREME = MONTIERAMEY HOA
ODO COMES TRECENSIS HOA
PHILIPPUS EPISCOPUS TRECENSIS HOA

INDEX RERUM

curia HOa

HOb

1088 . - Montier-en-Der.

Dudon, abbé de Montier-en-Der, fait savoir qu'il a payé la rançon du chevalier Hugues, fait prisonnier par les Beaufortains, et que celui-ci, devenu moine, a légué à l'abbaye son alleu d'Haucourt, dont elle a joui jusqu'au jour où, moyennant vingt livres, elle en a investi, pour leur vie exclusivement, Pierre, neveu de Hugues, et Eudes, gendre de Pierre, s'y réservant néammoins comme preuve de ses droits un serf, une serve, un manse et quelques revenus ecclésiaux. Le comte Eudes IV figure parmi les témoins.

B. Copie de la fin du XIIème siècle, 1er cartulaire de Montier-en-Der, Arch. dép., Haute-Marne, 7 H 1, fol. 94 r - 95 v.

a. Ch. Lalore, Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes, t. 4, 1878, p. 187, no 57 (incomplet).

B

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Dudo gratia Dei abbas Dervensis monasterii, quod construxit gloriosus martir Bercharius in honore beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, notifico omnibus fidelibus quod tempore predecessoris nostri bone memorie Brunonis quidam miles Hugo nomine ecclesie nostre societatem petiit et accepit et de alodio suo apud Hauncortem ecclesiam nostram se hereditaturum promisit. Postea nostro jam tempore idem Hugo, a Belfortensibus captus et vulneratus, per fraternitatem que inter nos et eum erat nobis mandavit ut ei

subveniremus ut eum redimeremus et in monachum ordinaremus. Quo a nobis redempto et monachizato, alodium de Hauncorte aliquanto tempore libere et quiete tenuimus donec Petrus, nepos ejusdem Hugonis, et Odo, ipsius Petri filie maritus, ad nos venerunt et super alodio ipso ecclesie nostre munificentiam imploraverunt. Nos autem, quia ecclesia nostra in pertubatione erat et multis indigebamus, consilio fratrum nostrorum, acceptis ab eis viginti libris, alodio ipso eos tantum sine ulla scilicet successorum eorum hereditate investivimus, retentis nobis in argumentum hujus conventionis uno servo, una ancilla, uno manso et aliqua parte ecclesie ejusdem ville . Hujus conventionis testes idonei hii sunt.

D. abbatis Dudonis
Gualteri prioris
Haimonis monachi
Anselli monachi
Letaudi monachi
Girberti villici
Girardi Grossi
Hepelini
Pagani filii ejus

Odonis comitis
Ulrici dapiferi
Herladi prepositi
Joffridi junioris
Petri de Arzilleriis
Odonis generi ejus

Actum Dervo monasterio anno Verbi incarnati MLXXXVIII, indictione XI, agente in regno Francorum Philippo filio Henrici, episcopo Trecorum Philippo.

M. B., 24 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

ANSELLUS MONACHUS HOB
BELFORTENSES HOB
BRUNO ABBAS DERVENSIS MONASTERII HOB
DERVENSE MONASTERIUM HOB
DUDO ABBAS DERVENSIS MONASTERII HOB
GIRARDUS GROSSUS HOB
GIRBERTUS MONACHUS HOB
GUALTERUS PRIOR DERVENSIS MONASTERII HOB
HAIMO MONACHUS HOB
HAUNCORTIS HOB
HEPELINUS HOB
HERLADUS PREPOSITUS HOB
HUGO MILES HOB
JOFFRIDUS JUNIOR HOB
LETAUDUS MONACHUS HOB
ODO GENER PETRI DE ARZILLERIIS
ODO COMES HOB
ODO MARITUS FILIE PETRI HOB
PAGANUS FILIUS HEPELINI HOB
PETRUS NEPOS HUGONIS MILITIS HOB
PETRUS DE ARZILLERIIS HOB
ULRICUS DAPIFER HOB

INDEX RERUM

alodium HOb
ancilla HOb
consilium HOb
conventio HOb
ecclesia HOb
fraternitas HOb
investire HOb
libra HOb
mansus HOb
miles HOb
monachizare HOb
redimere HOb
servus HOb
societas HOb

VEDETTE

Investiture d'un bien foncier.

HOc

1090 . - Paris.

Philippe 1er, à la requête de l'abbé Henri, confirme l'immunité dont jouit l'abbaye de Saint-Remi de Reims pour son castrum, son bourg et ses autres domaines, y compris dans le comté de Bourgogne, le territoire de Châlons-sur-Marne et le comté de Porcien. Souscription du comte Eudes IV.

A. Original
B. Copie
C. Copie

a. G. Marlot, Metropolis Remensis historia, t. 2, 1679, p. 181, d'après A.
b. P. Varin, Archives administratives de la ville de Reims, t. 1, 1ère partie, 1839, p. 241, no 69.
c. M. Prou, Recueil des actes de Philippe 1er, 1908, p. 304, no 120.

IND.
A. Luchaire, Louis VI le Gros, 1890, p. 3, no 2.

L'indiction et l'épacte concordent avec l'année 1090, mais non l'année du régne qui devrait être 30, 31 ou 32 selon le début choisi, sacre ou mort d'Henri 1er.

C

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Ego Philippus, divina clementia rex Francorum, universis fidelibus nostris et posteris, scilicet tam praesentibus quam futuris. Cum dominetur Excelsus in regno hominum et det illud cuicumque voluerit, in hoc vel maximo

debemus ei gratiam pro gratia, ut in defensione sancte ecclesie nostra vigeat auctoritas, prout eam interpellaverit rerum causa et temporum utilitas. Notum ergo fieri volumus quibusque regni nostri successoribus domnum et venerabilem Heinricum, abbatem sancti patris nostri Remigii, regiam nostram celsitudinem adisse quatinus immunitates, tam nobili quam glorioso loco ab antecessoribus nostris Francorum regibus concessas, nostri quoque decreti confirmaret auctoritas. Cujus fideli voto libenter assentientes, licet generalem defensionem sancte ecclesie debeamus, specialiter eam sancto Remigio concedere decrevimus, vel quia apostolus Francorum est electus a Deo, vel quia auctoritate apostolica corone nostre patrocinatur et regno. Igitur, ex more antecessorum nostrorum regum, regia nostra preceptione, sicut et ab illis decretum est, decernimus et publica auctoritate constituimus ut castrum, in quo idem beatus Remigius corpore quescit, cum burgo quod adjacet sibi, immune sit ab omni aliena justitia et potestate et praeter abbatem et ejus monachos nullus ibi exerceat ullam judiciariam districtionem et liceat abbati et fratribus ibidem habere et cammas et furnos et artes et molendinos et piscaturas et viridiaria et mercatum, cum res illud postulaverit et quecumque eorum placito et usibus visa fuerint, eis libere permittimus et donamus, sed et villas omnes et possessiones ejusdem sancti ab omni oppressione et qualibet aliena judicaria potestate prohibemus, hoc est praedictum castrum cum adjacentibus suis, Crusniacum cum adjacentibus suis, Sarpieicurtem, Genvereium, Columnas, Saciacum, Villare Aleranni

cum adjacentibus suis, Villare in Silva et Iezeiacum, Condatum cum adjacentibus suis, Eysce, Vallem Dominicam, Curtem Ausorum, Dommum Remigium, Condam, Asencellam, Villare in Estaneio cum adjacentibus suis, Drusiacum, Luponis Montem et quicquid in comitatu Burgundiensi eadem ecclesia possidet vel in Catalaunensi territorio elemosinamque Vualteri comitis. Item Septem Salices, Tasciacum, Viriliacum, Murianacum, Hermundivillam, Tiliam, Canaium, Crobannam, Corbiniacum cum adjacentibus suis, Festuls, Salicem sancti Remigii cum adjacentibus suis, Basilicam Curtem cum adjacentibus suis, Bainam, Erpeium, Tuniacum, Vicum cum adjacentibus suis, Gerson, Jehenneivillam, Givereium, Bairon, Pontembairi cum adjacentibus suis et cellam Caniacum cum adjacentibus suis et omnia que possidet vel possidebit in comitatu Porciensi et cellam sancti Oricoli cum adjacentibus suis et quicquid in regno nostro est, pertinens ad jus sancti Remigii et quod in presens tenet et quod in futurum adquiret et tenebit, sive sit ecclesia, sive villa, sive mansionile, sive praedium ab aliquo datum et omnia que ejus vel sunt vel erunt sive mobiles res sive immobiles, nostre praesentis auctoritatis decreto roboramus et defendimus et ab omni inquietudine et externa potestate, scilicet alicujus archiepiscopi, episcopi, ducis, comitis, vicecomitis vel cujuscumque comitis vel pervasoris, ex hoc nunc et deinceps omnino prohibemus, ut in pace sancte ecclesie religio praedicti monasterii augeatur et vigeat et defensio ejus et libertas ad salutem eternam nobis et posteris nostris omnibusque hoc nostre regie praeceptionis decretum

servantibus proficiat in perpetuum. Eos autem qui nobis in regni successuri sunt per Deum, regem regum, obtestamur ut hoc privilegium, quod, ut in perpetuum vigeat, sigillo nostro signamus, inconvulsum custodiant, ut patronum regni sui beatum Remigium in perpetuum habeant, cujus apostolatu pervenimus ad fidem catholicam. Actum est hoc privilegium et corroboratum Parisius, anno incarnati Verbi millesimo XC, indictione XIII, epacta XVII, regnante Philippo Francorum rege anno XXVIII. Philippi regis signum. S. Hludowici filii ejus. S. Josfridi Parisiencis episcopi. Signum Odonis comitis. S. Gervasii dapiferi. S. Frogerii. S. Pagani et Nanteri de Monte Gaio. Ego Ursio Silvanectensis episcopus ac regie majestatis cancellarius scripsi et publice lectum recognovi.

M. B., 24 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

ASENCELLA HOC
BAINA HOC
BAIRON HOC
BASILICA CURTIS HOC
BURGUNDIENSIS COMITATUS HOC
CANAIUS HOC
CANIACUS CELLA HOC
CATALAUNENSE TERRITORIUM HOC
COLUMNAE HOC
CONDA HOC
CONDATUM HOC
CORBINIACUS HOC
CROBANNA HOC
CRUSNIACUS HOC
CURTIS AUSORUM HOC
DOMMUS REMIGIUS HOC
DRUSIACUS HOC
ERPEIUM HOC
EYSCE HOC
FESTULS HOC
FROGERIUS HOC
GENVEREIUM HOC
GERSON HOC
GERVASIUS DAPIFER HOC
GIVEREIUM HOC
HEINRICUS ABBAS SANCTI REMIGII HOC
HERMUNDIVILLA HOC
HLUDOWICUS FILIUS REGIS HOC
IEZEIACUS HOC
JEHENNEIVILLA HOC
JOSFRIDUS PARISIENSIS EPISCOPUS HOC
LUPONIS MONS HOC
MURIANACUS HOC
NANTERUS DE MONTE GAIO HOC
ODO COMES HOC
PAGANUS DE MONTE GAIO HOC
PHILIPPUS REX HOC
PONS BAIRI HOC
PORCIENSIS COMITATUS HOC
REMIGIUS BEATUS HOC
SACIACUS HOC
SALIX SANCTI REMIGII HOC
SANCTI REMIGII MONASTERIUM HOC
SANCTI ORICOLI CELLA HOC
SARPIEICURTIS HOC
SEPTEM SALICES HOC
TASCIACUS HOC
TILIA HO
TUNIACUS HOC

URSIO SILVANECTENSIS EPISCOPUS, CANCELLARIUS HOC
VALLIS DOMINICA HOC
VICUS HOC
VILLARE IN ESTANEIO HOC
VILLARE IN SILVA HOC
VILLARE ALERANNI HOC
VIRILIACUS HOC
VUALTERUS COMES HOC

INDEX RERUM

abbas HOc
apostolus Francorum HOc
archiepiscopus HOc
ars HOc
auctoritas HOc
burgus HOc
camma HOc
cancellarius HOc
castrum HOc
cella HOc
comes HOc
comitatus HOc
corona HOc
dapifer HOc
decretus HOc
defensio HOc
districtio judiciaria HOC
dux HOc
ecclesia HOc
episcopus HOc
fidelis HOc
fides catholica HOc
furnus HOC
immobiles res HOc
immunitas HOc
jus HOc
justitia HOc
libertas HOc
mansionile HOc
mercatus HOc
mobiles res HOc
molendinus HOc
monachus HOc
nobilis HOc
oppressio HOc
patrocinare HOc
patronus regni HOc
pervasor HOc
piscatura HOc
placitum HOc

possessio HOc
potestas HOc
praedium HOc
preceptio regia HOc
privilegium HOc
publicus HOc
regnum HOc
territorium HOc
usus HOc
vicecomes HOc
villa HOc
viridiarium HOc

VEDETTE

Privilège d'immunité.

ARENGA

Cum dominetur Excelsus in regno hominum et det illud cuicumque voluerit, in hoc vel maximo debemus ei gratiam per gratia, ut in defensione sancte ecclesie nostra vigeat auctoritas, prout eam interpellaverit rerum causa et temporum utilitas.
.....Licet generalem defensionem sancte ecclesie debeamus, specialiter eam Sancto Remigio concedere decrevimus vel quia apostolus Francorum est electus a Deo vel quia auctoritate apostolica corone nostre patrocinatur et regno.

HOd

[vers 1090] . - [Montier-en-Der]

Dudon, abbé de Montier-en-Der, notifie qu'Eudes, comte de Troyes, avec l'accord de sa mère Adélaïde, a donné, à la requête de Boson, fils d'Aubrée, la moitié du moulin de Vassy qu'il avait inféodée à celui-ci, pour que le moine desservant l'église Sainte-Marie de Vassy en vive et prie pour lui, sa mère et tous ses prédécesseurs.

B. Copie de la fin du XIIème siècle, 1er cartulaire de Montier-en-Der, Arch. dép. Haute-Marne, 7 H 1, fol. 94 v- 95 r.

a. H. d'Arbois de Jubainville, <u>Histoire des ducs et des comtes de Champagne</u>, t. 1, 1859, p. 506, no 66, vers 1090.

b. Ch. Lalore, <u>Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes</u>, t. 4, 1878, p. 188, no 59, vers 1090.

<u>a</u>

In nomine sancte Trinitatis, ego Dudo, gratia Dei abbas ecclesie sancti Bercharii, notifico omnibus fidelibus, quod Odo, Trecassinus comes, devote ad nos venit, medietatem molendini quem apud Wasseacum habebat, rogatu Bosonis filii Albrade, quem de eadem medietate idem comes feodaverat, Deo et sanctis ejus in presentia nostra, cum voluntate et laude Adelaïdis matris sue, obtulit, hac lege ut unus monachorum nostrorum ecclesie beate Dei genitricis Marie deserviens de donata medietate molendini viveret, qui Dei clementiam tam pro ipso comite quam pro matre et

ceteris predecessoribus suis assidue inibi exoraret. Quod ut melius roboraret, postquam donum ipsum altari nostro imposuit, per manum ministrorum suorum prefate Wasseacenci ecclesie offerendum jure perpetuo delegavit. Hujus rei testes subter assignavimus ut et ecclesia nostra data sibi firmiter possideat et futurorum calumpnia, si aliqua fuerit, infirmetur et pereat.

S. Odonis comitis, qui hoc donum dedit. S. Ulrici, dapiferi ejus. S. Gundulfi, prepositi ejus. S. Ramberti, villici ejus. S. Bonini. S. Engelgeri. S. Teboldi, matricularii. S. Hepelini. S. Warini, filii ejus. S. Pagani, filii ejus.

M. B., 25 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

ADELAIS MATER COMITIS ODONIS HOD
BONINUS HOD
BOSO FILIUS ALBRADE HOD
DUDO ABBAS HOD
ECCLESIA WASSEACENSIS HOD
ENGELGERUS HOD
GUNDULFUS PREPOSITUS COMITIS ODONIS HOD
HEPELINUS HOD
ODO TRICASSINUS COMES HOD
PAGANUS FILIUS HEPELINI HOD
RAMBERTUS VILLICUS COMITIS ODONIS HOD
TEBOLDUS MATRICULARIUS HOD
ULRICUS DAPIFER COMITIS ODONIS HOD
WARINUS FILIUS HEPELINI HOD
WASSEACUS HOD

INDEX RERUM

altare HOd
dapifer HOd
deservire HOd
feodare HOd
matricularius HOd
minister HOd
molendinus HOd
monachus HOd
prepositus HOd
villicus HOd

VEDETTE

Don d'un moulin à une église.
Fief.

HOe

[1088 - 1093 janvier 1er]

Le comte Eudes IV est témoin des dons de Milon, fils de Guy, à Molesme.

a. J. Laurent, Cartulaire de l'abbaye de Molesme, t. 2, 1911, p. 154, no 162, (1080 - 1093).

Bien qu'Eudes IV soit qualifié de comes Campanie dans un diplôme royal de 1082 (M. Prou, Recueil.... Philippe 1er, p. 270, no 106), cette notice date probablement de la période où il fut effectivement comte de la région qui commence à prendre officiellement le nom de Champagne (Troiesin, Perthois...) et elle se place entre 1088 et le 1er janvier 1093 (date du décès du comte).

a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Milo, filius Widonis, dedit Sancte Marie Molismensis Monasterii quartam partem decimarum Sancti Verani et terram quam ibi habebat et medietatem molendini Valescurtis et medietatem decimarum Blechecurtis et terram quam ibi habebat et Milonem servum suum. Testes sunt : Comes Odo, Gaufredus filius Otranni, Engelmarus, Walterius vitriartifex, Rainboldus major Molismi.

M. B., 25 mai 1988, Caltech.

<u>INDEX NOMINUM</u>

BLECHECURTIS HOE
ENGELMARUS HOE
GAUFREDUS FILIUS OTRANNI HOE
MILO SERVUS HOE
MILO FILIUS WIDONIS HOE
MOLISMENSE MONASTERIUM HOE
ODO COMES HOE
RAINBOLDUS MAJOR MOLISMI HOE
SANCTUS VERANUS HOE
VALESCURTIS HOE
WALTERIUS VITRIARTIFEX HOE

<u>INDEX RERUM</u>

decima HOe
major HOe
molendinus HOe
servus HOe
terra HOe
vitriartifex HOe

HOf

[1088 - 1093 janvier 1er]

Eudes IV, comte de Troyes, Milon, vicomte, et Geoffroy, sénéchal, accordent privilèges et exemptions aux hommes du chévecier et aux sergents de l'évêque de Troyes.

B. Copie sur papier du siècle, Arch. dép., Aube, G 465.

IND.
M. Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p. 331 et 445.

B

Quoniam humana memoria cito labitur, omnia scripto commendanda sunt. Ego comes Trecensis et Milo vicecomes homines de chevecio ab omni consuetudine liberos et immunes in perpetuum esse concessimus et absolvimus, servientes vero episcopi sicut eos liberos esse permisimus et alios homines ab omni venditione et emptione sua absolvimus sicut omnium animalium et vestimentorum suorum et carpentarios, qui marrienium caesum vendunt, et corticarios et servientes et qualem consuetudinem nostri homines habent in mensuris villae talem concessimus habendam hominibus de chevecio et nihil super eos aliquis comes habere poterit nisi bellando inveniantur et, si evasierint, nihil ad nos de eis nec ad heredes nostros pertinebit et quocumque modo

alios homines episcopus adquirere potuerit et eos et alios liberos esse concessimus. Gaufredus vero senechaudus de consuetudine quae ad eum pertinebat fabros de chevecio liberos esse concessit. Si quis autem eos cogere voluerit de venditione et emptione sua (nisi tantum fide data ab eis extorquere poterit) et quicumque huic elemosinae aliquid detrahere voluerit ex autoritate Dei et apostolorum Petri et Pauli et domini papae et omnium Trecensium pontificum vinculo anathematis innodetur. Ipsi duo comites hanc elemosinam super altare beatorum apostolorum Petri et Pauli obtulerunt.

M. B., 25 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

GAUFRIDUS SENECHAUDUS HOF
MILO VICECOMES HOF
ODO COMES TRECENSIS HOF

INDEX RERUM

anathema HOf
animal HOf
bellare HOf
carpentarius HOf
chevecius HOf
consuetudo HOf
corticarius HOf
emptio HOf
episcopus HOf
extorquere HOf
faber HOf
homo HOf
immunis HOf
liber HOf
marrienum HOf
mensura HOf
senechaudus HOf
serviens HOf
venditio HOf
vestimentum HOf
vicecomes HOf
villa HOf

VEDETTE.

Privilège d'immunité donné à une église.
Métiers.

ARENGA.

Quoniam humana memoria cito labitur, omnia scripto commendanda sunt.

HOg

[1088 - 1093 janvier 1er]

Eudes IV, comte de Troyes, ajoute aux dons faits à Robert, abbé de Molesme, par Geoffroy 1er de Joinville, son fils Geoffroy II et par le prévôt de Vaucouleurs Sigebert, un champ qui se trouve le long de l'église prieurale de Vaucouleurs.

B. Copie du XIIème siècle, 1er cartulaire de Molesme, Arch. dép. Côte-d'Or, 7 H 6 (cart. 142), p. 51.

a. Simonnet, Les sires de Joinville, p. 35, d'après B
b. H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t. 1, 1859, p. 507, no 67, fragment d'après B.
c. J. Laurent, Cartulaires de l'abbaye de Molesme, t. 2, 1911, p. 90, no 85, d'après B.

IND.
AA.SS., avril, t. 3, p. 664 A.
J. Collin, Tablettes historiques de Joinville, , p. 9.
H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t. 1, p. 425.

c

Quoniam universis qui malis actibus baptisma iniquinarunt, divina providentia elemosinae preparavit auxilium, ego Gaufredus de Junecivilla, innumeris peccatorum meorum confixus sagittis, hanc solam sperans medicinam ut Christi pauperibus subvenirem misericordie operibus, dedi apud Vallicolorem sancte Marie Molesmensis monasterii, in manu Rotberti primi videlicet ejusdem loci abbatis, campum illum in quo modo monachi, ecclesia

constructa, degunt et pratum quod subtus est, precipiens preposito meo, Sigiberto nomine, ut monachis ibidem degentibus tantum de terra bona daret quantum uni aratro sufficeret ad arandum. Dedi etiam agrum unum apud Bures, qui est de quarto. Capellam quoque castelli ejusdem monachis dedi et presbiteratum de Tusiaco et de Caslenis, promittens me acquisiturum quicquid mei in eisdem ecclesiis habebant eisque nichilominus daturum. Illo autem communi sorte defuncto, filius ejus Gaufredus, ut patris promissionem adimpleret, supradictis fratribus contulit sextam partem ecclesie de Tusiaco et quartam ecclesie de Caslenis, simili modo promittens ipse scilicet et uxor ejus se patris promissum ex toto adimpleturum. Unde etiam dedit eis hos tres campos, unum qui est juxta comitis campum et alios duos qui fuerunt Letardi majoris, unum ex una parte ville et alterum ex altera parte. Exceptis autem his que ejus pater promisit, dedit mansum Blaini et furnum castelli bannalem et omnem porcorum pastum silve de Wavra et de eadem silva quicquid monachis opus est ad edificandum et terram ubi vinea plantata est ante ecclesiam et tres virgas molendini de Caslenis et hoc quod Walterius filius Sigiberti habebat in broilo Letardi majoris et campum ex altera parte castelli juxta ortos et servum nomine Billinum cum uxore et filiis et omni terra sua. Durannum quoque carpentarium cum omni domo sua et terra, Hunierium piscatorem cum omni sua terra et domo, Bernardum cum omni domo sua et terra, Girbertum et terram suam. Comes deinde Odo, filius Teotbaldi, dedit eis fratribus Molismensibus campum qui secus ecclesiam est.

Sigibertus vero ejusdem castelli prepositus eidem cellule contulit pratum quod ipse dederat filio suo Droconi nomine et mansum unum apud Rinniacum et quartam partem vinearum quam ipse habebat apud Parniacum et quartam molendini Ragberti et quicquid habebat in ecclesia Abeniville et campum in Wavra et mansum ante portam castelli, sed post mortem uxoris sue dedit etiam quartam partem molendini apud Rupem, teste Warnerio genero suo.

M. B., 25 mai 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

ABENIVILLA HOG
BERNARDUS HOG
BILLINUS SERVUS HOG
BLAINUS HOG
BURES HOG
CASLENAE HOG
DROCO FILIUS SIGIBERTI PREPOSITI HOG
DURANNUS CARPENTARIUS HOG
GAUFREDUS FILIUS GAUFREDI DE JUNECIVILLA HOG
GAUFREDUS DE JUNECIVILLA HOG
GIRBERTUS HOG
HUNIERUS PISCATOR HOG
LETARDUS MAJOR HOG
MOLISMENSE MONASTERIUM HOG
ODO COMES FILIUS TEOBALDI HOG
PARNIACUS HOG
RAGBERTUS HOG
RINNIACUS HOG
ROTBERTUS ABBAS MOLISMENSIS HOG
RUPIS HOG
SIGIBERTUS PREPOSITUS HOG
TUSIACUM HOG
VALLICOLOR HOG
WALTERIUS FILIUS SIGIBERTI PREPOSITI HOG
WARNERIUS GENER SIGIBERTI PREPOSITI HOG
WAVRA HOG

INDEX RERUM

abbas HOg
ager HOg
aratrum HOg
broilum HOg
campus HOg
capella HOG
carpentarius HOg
castellum HOG
cellula HOg
domus HOg
ecclesia HOg
edificare HOg
furnus bannalis HOg
major HOg
mansus HOg
molendinus HOg
monachus HOg
ortus HOg

pastus HOg
piscator HOg
porcus HOg
pratum HOg
prepositus HOg
presbiteratus HOg
quartum HOg
servus HOg
silva HOg
terra bona HOg
villa HOg
vinea HOg
virga HOg

VEDETTE

Don de biens à un prieuré.

ARENGA

Quoniam universis qui malis actibus baptisma inquinarunt, divina providentia elemosinae preparavit auxilium.